Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



phýladelphus post multos annos molestũ
fuisse certamen filiã suã nomine berenicen
antiocho uxorem dedit. qui de priore uxore
nomine laodice habebat duos filios. seleucũ
qui cognominatus est callínicus. & alterũ
antiochum. deduxitq; eam usq; pelúsium.
& unfinita auri & argenti milia dotis no
mine dedit. Unde phernóphorus id ẽ dotalis
appellatus est. Antiochus aũt berenicen
consortem regni habere se dicens. & laodi
cen in concubinę locum. post multum
temporis amore superatus. laodicen cum
liberis suis reduxit in régiam. Quę metu
ens ambiguum uiri animũ ne berenicen
reduceret. uirum p ministros uenẽno ũt
fecit. berenicen aũt cum filio qui ex an
tiocho natus erat icadiõni & gennẽo an
tiochię principib' occidendam tradidit.
filiumq; suum maiorem seleucum calli
nicum in patris loco regem constituit.
Et hoc est quod nunc dicitur: Post multos
annos ptholomẽus phýladelphus & anti
ochus

.æ.